



SODALITAS LATINA MEDIOLANENSIS

<https://www.facebook.com/groups/latinasodalitas/>

joannescarolusrossi@fastwebnet.it

luca.gandolfi1@studenti.unimi.it

**Ordo rerum
in annum MMXVI
a Sodalibus Latinis
in Venerandis Aedibus Ambrosianis
agendarum**

Ante diem III Idus Majas

Joannes Carolus Rossi sodalibus Andraeam Pezzotti, Herimanni filium, Novocomensem, summae spei adolescentulum, qui scholas in Lyceo classico nomine Alexandri Volta nuncupato audit, sodalibus exhibet.

Andraea Pizzotti Horatii satyram libri primi secundam praelegit.

Joannes Carolus de conventiculo Academiae Latinitati Fovendae nuper Romae habito refert.

Quinti Horatii Flacchi

*Percontatio impossibilis*¹

JOVIANUS ERYTHRAEUS. *Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi// finem Di dederint, Leuconoe, nec Babylonios// temptaris numeros. Ut melius, quicquid erit, pati,// seu pluris hiemes seu tribuit Iuppiter ultimam,// quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare//Tyrrhenum.....*

QUINTUS HORATIUS FLACCUS. *...sapias, vina liques, et spatio brevi// spem longam reseces. Dum loquimur, fugerit invida// aetas: carpe diem, quam minimum credula postero.*

J.E. *Doctor Quintus Horatius Flaccus, I presume?*

Q.H.F. *Ille ego sum quem suspicaris, o barbare!*

J.E. *Certe barbarus, sed tuis eruditus carminibus, quibus tibi monumentum aere perennius exegisti....*

Q.H.F. *... quod non diruit fuga temporum, siquidem tu quoque post innumerabilem annorum seriem adhuc mei meministi.*

J.E.. *Immo diutius prolata est vita tua, quam carmine XXX libri II praedixeras: ut enim nosti - cuncta sunt immortalibus nota- pontifex cum tacita virgine Capitolium non iam scandit; tua tamen carmina non solum adhuc lectitant discipuli sed et poetae imitantur.*

Q.H.F. *Mihi ipse gratulor.*

J.E. *Velim, si fas est, abs te nonnulla de carmine, quod ante recitavimus, rescire.*

¹ Hoc colloquium anno MCMIC compositum est, ut in spectaculo televisifico c. t. AMORROMA adiberetur.

Q.H.F. Gratum erit roganti respondere.

J.E. Adolescens in ludo litterario diu multumque arti tuae metricae insudavi, quae tam varia est et multiplex; quo autem profectu, alii viderint! Tu quidem explana quaeso quo metri genere carmen hoc tuum astrinxisti.

Q.H.F. Carmen XI metro monosticho Asclepiadaeo quinto astrinxi; quod metrum constat ex tribus versibus in unum coalescentibus: duobus inquam Asclepiadaeis, quibus interseritur dipodia dactylica catalectica in syllabam; Asclepiadaei vero constant ex duobus partibus caesura distinctis: uterque compositus est tripodia dactylica trochaica cataleptica in syllabam, sed in priore...

J.E. Bona verba! Satis superque est! Aures obtudisti, gravius quam praeceptor quondam meus!

Q.H.F. Ut mavis... sed dubito an non a praeceptore tu tuo gravius, quam ego ab Orbilio plagoso, sis vexatus! Nunc vero, velim tu ad meum rogatum respondeas.

J.E. Totus tuus sum.

Q.H.F. Ex opere meo, quod, uti scis, carmina, epoda, sermones epistulaeque complectitur, qua parte maxime delectaris?

J.E. Verum ut fatear, omnia mihi scripta tua placent, sed sermones plurimi facio. Mihi enim videris amicos alloqui, familiari quadam festivitate, urbane, hilariter, facete; praeterea, qua es natura, hominum vitia et errores, non insectaris acerrime, quamvis mereantur, sed ridenti vultu et socratica quadam ironeia vellicas: hoc vero longe a te differunt aequales mei, quorum magna pars Livorem deum colere videntur.

Q.H.F. Oderis sane Lividorum vulgus et arceas, sed aequam memento rebus in arduis servare mentem...

J.E. Istud quidem religiose observabo. Vale, optime vates, mihique propina.

Appendix de recitandis versibus

Libet iterum memorare libellum anno saeculi superioris LXVII typis Pontificii Athenaei Salesiani editum, a Joanne Baptista Pighi conscriptum de libro Aeneidos VI, quae est catabasis Aeneae.² Ex quo cognoscimus inter alia multa quomodo versus legendi sint.

Sequitur ut latini versus ita legendi sint ut nostros legimus, dummodo syllabas longas ne corripiamus, breves ne producamus, neve intentiorem faciamus, quae elatior fuerit. Hic est, quod ad nos attinet, nodus, qui nostris quidem linguis et oribus vix et aegre expediri potest. Nam facile adsuescimus longas brevesque recte enuntiare ac distinguere, sed Romana cantilena abhinc mille quingentos annos obmutuit: quamquam exaudire possumus in Ambrosianis et Gregorianis antiquissimis cantibus. Necesse est igitur ut accentus nostros quam maxime extenuemus, ex quibus abnormis et prorsus alienus rhythmus nascatur, atque ut diligentissime mensuram syllabarum servemus: hoc si fecerimus, ipsos Vergilii versus suo rhythmō, suo quasi sono praeditos licebit audire: quos non est dubium quin haec nostra loquendi consuetudo aliquantulum vexet et vitiet, sed ipsam versus animam, rhythmum dico, sospitatam laetabimur. (pagg. 140-1)

S c a n d e r e nihil aliud esse quam versus recitare qui credant, ii quidem toto caelo, ut ajunt, errant. Nempe in scholis Romanis, postquam longitudo et brevitates distingui desitae sunt et intentiores syllabae fieri coeperunt, quae olim elatiores fuerant, discipuli, ut pedes discernent, versus dividere jussi sunt. (pag. 143)

²

Pighi, *De Libro Aeneidos VI...*, Romae, MCMLXVII.

Quinti Horatii Flacci
Libri primi sermo secundus

Ambubaiarum collegia, pharmacopolae,
mendici, mimae, balatrones, hoc genus omne
maestum ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. contra hic, ne prodigus esse
dicatur metuens, inopi dare nolit amico, 5
frigus quo duramque famem propellere possit.
Hunc si perconteris, avi cur atque parentis
praeclaram ingrata stringat malus ingluvie rem,
omnia conductis coemens obsonia nummis,
sordidus atque animi quod parvi nolit haberi, 10
respondet. laudatur ab his, culpatur ab illis.
Fufidius vappae famam timet ac nebulonis
[dives agris, dives positus in fenore nummis]:
quinas hic capiti mercedes exsecat atque
quanto perditior quisque est, tanto acrius urget; 15
nomina sectatur modo sumpta veste virili
sub patribus duris tironum. 'maxime' quis non
'Iuppiter' exclamat simul atque audivit? 'at in se
pro quaestu sumptum facit hic?' vix credere possis,
quam sibi non sit amicus, ita ut pater ille, Terenti 20
fabula quem miserum gnato vixisse fugato
inducit, non se peius cruciaverit atque hic.

siquis nunc quaerat 'quo res haec pertinet?' illuc:
dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Maltinus tunicis demissis ambulat, est qui 25

inguen ad obscaenum subductis usque; facetus
pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum:

nil medium est. Sunt qui nolint tetigisse nisi illas
quarum subsuta talos tegat instita veste,

contra alius nullam nisi olenti in fornice stantem. 30

Quidam notus homo cum exiret fornice, 'macte
virtute esto' inquit sententia dia Catonis;

'nam simul ac venas inflavit taetra libido,

huc iuvenes aequom est descendere, non alienas

permolere uxores.' 'Nolim laudari' inquit 35

'sic me' mirator cunni Cupiennius albi.

Audire est operae pretium, procedere recte

qui moechis non voltis, ut omni parte laborent

utque illis multo corrupta dolore voluptas

atque haec rara cadat dura inter saepe pericla. 40

Hic se praecipitem tecto dedit, ille flagellis

ad mortem caesus, fugiens hic decidit acrem

praedonum in turbam, dedit hic pro corpore nummos,

hunc perminxerunt calones; quin etiam illud

accidit, ut cuidam testis caudamque salacem 45

demeterent ferro. 'Iure' omnes: Galba negabat.

Tutior at quanto merx est in classe secunda,

libertinarum dico: Sallustius in quas

non minus insanit quam qui moechatur. At hic si,
qua res, qua ratio suaderet quaque modeste 50
munifico esse licet, vellet bonus atque benignus
esse, daret quantum satis esset nec sibi damno
dedecorique foret. verum hoc se amplectitur uno,
hoc amat et laudat: 'matronam nullam ego tango',
ut quondam Marsaeus, amator Originis ille, 55
qui patrium mimae donat fundumque laremque,
'nil fuerit mi' inquit 'cum uxoribus umquam alienis.'
Verum est cum mimis, est cum meretricibus, unde
fama malum gravius quam res trahit. An tibi abunde
personam satis est, non illud, quidquid ubique 60
officit, evitare? bonam deperdere famam,
rem patris oblimare malum est ubicumque. quid inter-
est in matrona, ancilla peccesne togata?
Villius in Fausta Sullae gener, hoc miser uno
nomine deceptus, poenas dedit usque superque 65
quam satis est, pugnis caesus ferroque petitus,
exclusus fore, cum Longareus foret intus.
Huic si muttonis verbis mala tanta videnti
diceret haec animus 'quid vis tibi? numquid ego a te
magno prognatum deposco consule cunnum 70
velatumque stola, mea cum conferbuit ira?'
quid responderet? 'magno patre nata puella est.'
At quanto meliora monet pugnantiisque istis
dives opis natura suae, tu si modo recte

dispensare velis ac non fugienda petendis 75
 inmiscere. tuo vitio rerumne labores,
 nil referre putas? quare, ne paeniteat te,
 desine matronas sectarier, unde laboris
 plus haurire mali est quam ex re decerpere fructus.
 Nec magis huic, inter niveos viridisque lapillos 80
 sit licet, hoc, Cerinthe, tuum tenerum est femur aut crus
 rectius, atque etiam melius persaepe togatae.
 Adde huc, quod mercem sine fucis gestat, aperte
 quod venale habet ostendit nec, siquid honesti est,
 iactat habetque palam, quaerit, quo turpia celet. 85
 Regibus hic mos est, ubi equos mercantur: opertos
 inspiciunt, ne si facies, ut saepe, decora
 molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem,
 quod pulcrae clunes, breve quod caput, ardua cervix.
 Hoc illi recte: ne corporis optima Lyncei 90
 contemplere oculis, Hypsaea caecior illa,
 quae mala sunt, spectes. 'O crus, o bracchia.' Verum
 depugis, nasuta, brevi latere ac pede longo est.
 Matronae praeter faciem nil cernere possis,
 cetera, ni Catia est, demissa veste tegentis. 95
 Si interdicta petes, vallo circumdata--nam te
 hoc facit insanum--, multae tibi tum officient res,
 custodes, lectica, ciniflones, parasitae,
 ad talos stola demissa et circumdata palla,
 plurima, quae invideant pure adparere tibi rem. 100

Altera, nil obstat: Cois tibi paene videre est
 ut nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi;
 metiri possis oculo latus. an tibi mavis
 insidias fieri pretiumque avellier ante
 quam mercem ostendi? Leporem venator ut alta 105
 in nive sectetur, positum sic tangere nolit,
 cantat et adponit 'meus est amor huic similis; nam
 transvolat in medio posita et fugientia captat.'
 Hiscine versiculis speras tibi posse dolores
 atque aestus curasque gravis e pectore pelli? 110
 nonne, cupidinibus statuatur natura modum quem,
 quid latura sibi, quid sit dolitura negatum,
 quaerere plus prodest et inane abscindere soldo?
 Num, tibi cum faucis urit sitis, aurea quaeris
 pocula? num esuriens fastidis omnia praeter 115
 pavonem rhombumque? Tument tibi cum inguina, num, si
 ancilla aut verna est praesto puer, impetus in quem
 continuo fiat, malis tentigine rumpi?
 Non ego; namque parabilem amo venerem facilemque.
 Illam 'post paulo' 'sed pluris' 'si exierit vir' 120
 Gallis, hanc Philodemus ait sibi, quae neque magno
 stet pretio neque cunctetur cum est iussa venire.
 Candida rectaque sit, munda hactenus, ut neque longa
 nec magis alba velit quam dat natura videri.
 Haec ubi supposuit dextro corpus mihi laevom, 125
 Ilia et Egeria est; do nomen quodlibet illi.

Nec vereor, ne, dum futuo, vir rure recurrat,
ianua frangatur, latret canis, undique magno
pulsata domus strepitu resonet, vepallida lecto
desiliat mulier, miseram se conscia clamet,
cruribus haec metuat, doti deprensa, egomet mi.
Discincta tunica fugiendum est et pede nudo,
ne nummi pereant aut puga aut denique fama.
Deprendi miserum est: Fabio vel iudice vincam.

130

Le opere³
di
Orazio Flacco
recate in versi italiani
da Tommaso Gargallo
Como
Presso i figli di O. A. Ostinelli
Stampatori Provinciali
1827

Zingani, ciurmador, zanni accattoni,
Ruffian, baratti e simili lordure,
Tutti e poi tutti inconsolabilmente
di Tigellio cantor piangon la morte.
O il vero corazzone! Altri all'incontro,
Temendo nome di sciupon, avria
Coraggio di negar anco a l'ignudo
E famelico amico un cencio, un tozzo.
Se chiedi un altro poi, perché ribaldo
Mandi in diluvio senza pro né grazia
Le paterne e le avite ampie sostanze,
Comprando con danari, a scrocchio tolti,
D'ogni sorta vivande; ei ti risponde
Che non vuole dal mondo esser tenuto
Di cor piccino e sordido. Da questi
Lodar lo senti, biasimar da quelli,

³ Volume II, pagg 102-109

Fufidio ricco di poderi, e ricco
Di capitali dati a cambio, il nome
Teme di sprecator, di scioperone.
I frutti al cinque in ogni mese esige
Costui su'l capital, e quanto ei vede
Più rovinato un uom, tanto fra l'unghie
Più serrato lo stringe. I piccioncelli,
Che viril toga sotto austeri padri
Preson pur or, agguata, onde accappiarli.
Chi non esclama, tali cose udendo,
Oh sommo Giove! -Pur sue spese forse
Far in ragion del suo guadagno ei suole.-
Costui? Non crederesti qual tiranno
Sia di se stesso; tal che di Terenzio
Non ci dipigne il comico pennello
Da peggior cruccio straziato il padre,
Insonsolabil del fugato figlio.
S'or chiede alcun che intendo? Ecco: gli stolti
Fuggendo un vizio, ne l'opposto incorrono.
Malchin la toga strascica; di riso
Degno v'è poi chi sino a la forcata
L'accorcia oscen. Ruffillo di pasticche,
Gorgonio olezza di capron. Non evvi
Strada di mezzo. Sdegnerian taluni
Toccar, che quelle, il cui tallon ricopre
Lembo orlator di matronal vestito.
Alcuni poi null'altra mai, fuor quella,
A cui l'olente lupanar sia stanza.
A uom gentil, mentre che uscia appunto
Del lupanar, di Cato il divo senno
-Cresci, disse, in virtù: lasciva febbre
Quando gonfia le vene, il luogo è questo,

Ove attaccar l'uncino a giovin lice,
Non macinare negli altrui molini.-
Tal laude non vogl'io, di bianca ciccia
Ammiratore Cupiennio esclama.
O voi, che degli adulteri vorreste
Le cose andarne a capo in giù, vi fia
Pregio de l'opra udir, com'abbian essi
A un lato il precipizio, a l'altro i lupi;
E da quanto veleno attossicata
La voluttà, e quanto ancor ben rara,
E tra frequenti aspri perigli avvolta.
Questi dal tetto in giù fece il gran tonfo;
Sotto fiero staffil spirò quell'altro;
Qual in ribalda di assassin masnada
Fuggendo s'imbatté; qual fu costretto
Con oro ricattar la sua persona;
De l'armata famiglia altri a' galuppi
Servì da Ganimede; anzi è accaduto
Ancor che di taluno al troppo impronto
Cepparello e a' sonagli un buon rasoio
Facesse ziffe. Santamente, tutti
Allor; sol Galba brontolava: a torto.
Or l'altra classe qual non offre merce
Secura più, le libertine, io dico,
Per cui men che gli adulteri per l'altre,
Non impazza Salustio: e per costui,
Se quanto a l'aver suo, quanto al buon senno,
Quanto a modesta cortesia conviensi,
Volesse e buono e liberal mostrarsi;
Quanto è giusto daria, né danno ed onta
Ne avrebbe: ma quel solo, a che s'attiene,
Quel che l'alletta, quel, di che si vanta,

Ei ripone nel dir: non v'è matrona,
Cui tocchi io pur un dito. A lui simile
Quell'amator d'Origene, Marsèo,
Dono facendo a la sua mima un giorno
E della casa e del poder paterno,
Nulla, diceva, avrò che far giammai
Con le consorti altrui; ma sì con mime,
Ma sì con meretrici, onde più grave
La fama, che gli aver ritraggon danno.
Forse ti basta, e t'è soverchio ancora
La persona schivare e non la cosa,
Che qual pur sia, e ovunque sia, ti nuoce?
Sperder la buona fama, il patern'asse
Logorar egli è un mal per tutto e sempre.
Che monta poi, se di tal fallo reo
Ti faccia o dama, o ancella, o meretrice?
Villio, per Fausta, genero di Silla,
Da questo solo nome illuso il tristo,
Pagonne oltre il dover per sempre il fio.
Pesto da pugni, con un ferro agli occhi,
Sbalzato in strada, e Longareno in stanza,
Per bocca allor del malaguida, a vista
Di tanti guai, se a lui ragion diceva:
Che intendi far? Quando mi vien la muffa,
Fors'io ti chieggo in matronal vestito,
Germe di magno consolo, una mona?
Che avrei risposto? -Una fanciulla è questa
Di nobil padre? Ma natura ricca
De' doni suoi, qua' miglior sensi detta
Avversi a queste! Sol che vogli usarne
Con senno, e non confondere gli obietti
Da bramar, da fuggir; credi che nulla

Monti il vederti in guai, di te per colpa,
O degli umani eventi? Or dunque cessa,
Per non pentirti, di seguir matrone,
D' onde più danno e duol, che piacer vero
Lice ritrarre, né fra bianchi e verdi
Gioielli una cotal (e sia pur essa,
Cerinto, la tua) più molle coscia,
O gamba avrà più dritta; anzi spessissimo
Anco da vil cortigianeria è vinta.
Giugni che merce di magagne pura
Ritrovi in lei: da lei si espone in fiera
Quant'abbia di vendibile; né pompa
Fa sol del meglio, e ascondere cerca il reo.
Quando compran cavalli, usano i Grandi
Osservarli coperti, onde il vistoso
Aspetto se si appoggi a tener' unghia,
(Come spesso) sedotto l'invaghito
Comprator non resti, perché appunto
Bella è la groppa, picciola la testa,
Arcato il collo: fan buon senno in questo.
Dunque né tu pur dei l'egregie parti
Con occhi lincei contemplar d'un corpo,
E più cieco d'Ipsea traveder quelle,
Che son deformi. Oh gambe! Oh braccia! E poi?
Sgroppata, il fianco un dito, il naso un palmo,
Tutta piè la ritrovi. A la matrona
Tu non vedi, che il viso: il resto cuopre
(Se non è Cazia) la discinta veste.
Che vuoi (poiché questo è il tuo farnetico)
Sin quei recessi penetrar, difesi
Da lo steccato, che gli accerchia intorno,
Quanti ostacoli incontri? Un seggiolone;

Guardia di parrucchier, di parasite;
Vesti sino a' calcagni; accappatoi
Di cento giri, e cento ingombri in somma,
Ch' invidi a l'occhio tuo vietan che appaia
Natura nella sua semplicità.
L'altra non ha fogliame. Un vel sottile
Quasi a la nuda espon, se torta sia
La gamba, o il piè mal fatto; il fianco puoi
Con gli occhi compassar. Ami tu meglio
Forse dar nel calappio, e far che il prezzo
Ti scrocchin prima di mostrar la merce?
"Quel cacciator, che cupido si sforza
Inseguir la lepre, che rapido corre
Per alte nevi; ogni sua brama ammorza,
dopo imbandito, e sin toccarlo abborre.
(Così canta il bizzarro, e'l dir rinforza)
Pari il mio genio al suo vola e trascorre
Ciò, che facil gli s'offre, e sol si strugge
Quel piacere a seguir, che alato fugge."
Le angosce, il delirar, le cure gravi
Speri dal sen cacciar con tai versetti?
Non dà confin natura a nostre voglie,
Talché sin dove sostener ne possa
L'esserne priva, ove ne sia dolente,
Giova, oh quanto!, indagar, e da' veraci
Bisogni i vani segregar capricci.
Forse quanto a te sete arde le fauci,
Cerchi bel nappo d'or? Forse famelico
Fuorché rombo e pavon, tutt'altro schifi?
Estro ti accende: capita a le mani
O la serva, o il fanciul figlio a la serva,
Da imbroggarlo mo mo: ti lasceresti

Scoppiar più tosto per soverchia foga?
Io non così. Far voglio i fatti miei
Belli e spediti – Quella aver potrassi
Più tardi – Vuol di più – Se suo marito
Va fuor di casa – La regala a' Galli,
Esclama Filodemo; ei ne vuol una,
Che non rincari a la vettura il fitto;
Che aspettar non si faccia ad ogni cenno;
Bianca, dritta, elegante ad un tal punto
Che lunga e bianca comparir ambisca,
Quanto né più né men la fe natura.
Quando costei col suo sinistro lato
Al mio destro sottentra, Ilia ed Egeria
A me divien; nome le do qual voglia;
Né quando meno il calcoli, di tratto
Temo il marito che di villa torni,
Vada la porta a terra, i cani strillino,
Fracasso, confusion, casa del diavolo:
Sfinita sbalzi dal letto la donna,
Misera me! La confidente gridi:
Questa per l'ossa sue, la delinquente
Trema per la sua dote, io per me stesso.
Scappar bisogna scamiciato e scalzo,
Per non perder danar, natiche e fama.
Oh l'esser còlto è ben la brutta cosa!
Anco di Fabrizio al tribunal la vinco.